

**Theses has peri chordapsou ... / ad diem xx. mensis martii anni M DC  
LXXVIII ... subjicit Fridericus Bauhinus.**

### **Contributors**

Bauhin, Friedrich, active 1675-1678.  
Universität Basel.

### **Publication/Creation**

Basileae : Typis Jo. Rodolphi Genathi, [1678]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/a7u29uw>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DIVINA ANNVENTE GRATIA  
THESES HAS  
ΝΕΡΙ

# X O P Δ A Y O Y

EX DECRETO  
AMPLISSIMI ET GRATIOSISS.  
MEDICORVM ORDINIS  
SVMMI IN ARTE MEDICA GRADVS  
CONSEQUENDI CAVSA  
AD DIEM XX. MENSIS MARTII  
ANNI c<sup>h</sup> LXXVIII  
IN AVLA CONSVENTA  
HORIS SOLITIS  
DEFENDENDAS  
P V B L I C O EXAMINI  
S V B I I C I T  
FRIDERICVS BAVHINVS BASIL.



---

BASILEAE  
TYPIS IO. RODOLPHI GENATHI

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b3076533x>



## D. O. M. B. F.

### THEISIS I.

O'ρδαψ̄ ἀπὸ τῆς χορδῆς καὶ τῷ ἀπίλεω ὃ  
men invenit; quorum illud chordam & fides,  
hoc tangere significat: is enim, qui loco affecto  
manum admoveat, τῆς χορδῆς ἀπίλεω, chordam at-  
tingere videtur.

#### II.

Χορδῆς nomine etiam venit Intestinum, præcipuè tenuē,  
aliâs Εἰλαῖς dictum, ἀπὸ τῆς Εἰλαῖς involvere ac vertere; illud enim  
in ordine tertium, multis gyris ac circumvolutionibus in  
ventre locatur.

#### III.

Hinc dolor Εἰλαῖς vel Ιαέδες à parte affecta, etiam à sympto-  
mate, ut habet Galenus l.z. m.m.c. II. quoniam intestina con-  
volvi videntur, appellationem suam accepit.

#### VI.

Unde Iliaca passio, Volvulus à volvendo, vel Convolu-  
lus à convolvendo, & Miserere ob ejus sævitiam dicitur.

#### V.

Est autem tenuium intestinorum obstruc̄tio, cum acer-  
bissimis doloribus, ac gravissimis ventris tormentibus, quâ  
nihil deorsum descendit, verū tandem, inverso intestino-  
rum motu ~~σεισταλλεῖ~~, sursum omnia rejiciuntur.

#### VI.

Et hæc est definitio τῆς Χορδαψ̄ exquisiti, non spurii. Diffe-  
runt enim, quòd in vero & exquisito planè nil alvum præter-  
labatur, sed tantùm dolor & vomitus adsint. Deinde obser-  
vandum, passionē hanc exquisitam subsistere ~~καὶ τῷ εὐτέρῳ Εἰλαῖῳ~~.

#### VII.

In spuriâ retinentur quidem excrementa, sed neque  
~~τυπεῖται~~ neque idīm ēz ἀσύγχυτο comitantur. Dolore etiam, si præ-  
sens,

sens, non solum consistit in intestinis tenuibus, sed etiam ~~in~~  
τῷ κάλῳ. Porro in spuria, aliquid descendere, non prohibetur,  
nec via omnino intercluditur, cuius causa censetur flatus,  
humorque pituitosus: ideo volvulus per similitudinem po-  
tiūs, quam verus judicandus.

VIII.

Propterea à quibusdam in Generalem & Specialem di-  
viditur. Generalis omnium intestinorum termina compre-  
hendit. Specialis tantum illa, quae in tenuibus sedem suam  
habent.

IX.

Notandi hic etiam ex Hippocr. οὐ τῷ ἔνθετῷ παθῶ, præter  
Εἰλεόν communem, Ιπποκράτη, in quo oculi Aurigine tinguntur,  
& Αιματίη, ubi è naribus sanguis fluit.

X.

Afficiuntur intestina, non quidem omnia, verum te-  
nuia, & potissimum ex horum numero τῷ Εἰλεόν.

XI.

Notæ, quibus pars hæc affecta patescit, sunt, facultas ex-  
cretrix & retentrix oblaſtæ, motus intestinorum deprava-  
tus, sensus doloris tensivi & pungitivi, partium membrano-  
sarum proprii, percepti in ea regione οὐ στοματικού, quo inte-  
stinum hoc situm obtinet.

XII.

Morbus hæc symptomata producens, est ἐποφθαλμός τῷ εἰπέ-  
ται λεπτῷ, & in specie τῷ Εἰλεόν, quod ex supra jam dictis suffici-  
entissimè demonstratum.

XIII.

Signa hujus affectus Pathognomonica, sunt στήνωσις τῆς γα-  
στρὸς, cum dolore intenso in sublimiori parte abdominis, &  
quidem adeò interdum præcluditur alvus, ut ne specillum  
quidem admittat. In ventriculo nimia adest humiditas, ru-  
etus nil proficientes observantur, nausea, vomitus, non mo-  
dò assumptorum, verum etiam corruptorum humorum, præ-  
fertim pituitosorum aut biliosorum, fatigat. Gravissimi ac  
lethales dolores ita in intestinis superioribus consistunt, cir-  
caq; regionem umbilicalem circumvolvuntur, ut ne quidem  
convenientia clysmata ea ad excretionem pellicere possint.

XIV. Do-

## XIV.

Doloris hujus *discrepanzia* à Colico, paucis monstranda.  
Differt primò, loco affecto: nam *Colicus* obsidet intestinum  
*κῶλον*, hic verò *εἰλεόν*: dein vehementia adstrictionis, quæ hīc  
multò major quām in *Colicā*; ubi post clyisma infusum, fa-  
ciliūs alvus solvitur, dolorque mitigatur.

## XV.

Neque *Colicā* vomitu tam vehementes excitantur dolo-  
res, quām *Iliacā* passione, præsertim in eā, quæ fit ab Inflammatione;  
etiam illud quod vomitur in *Colicā*, non inqui-  
natum est fæcum nidore. *Colicus* præterea dolor, magis ad  
hypochondria vergit, lateque est diffusus, *Iliacus* verò fixus  
hæret ad umbilicum.

## XVI.

Causæ procatareæ possunt esse: Aér nimis vel calidus  
vel frigidus intestina constringens, vel humidus, vel siccus,  
illorum dispositionem naturalem pervertens. Cibi si afflu-  
muntur, qui facile corrumpuntur, ut & intestina constinx-  
gentes atque siccii. Potus nocet nimium frigidus, confertim  
post sudores ingurgitatus, ejusque penuria. Incommodant  
quoque motus vehementes, & si quæ occurrunt alia; uti sunt  
venena, ictus ac læsiones extrinsecus advenientes.

## XVII.

Causæ internæ antecedentes sunt ómnia illa, quæ *owie-  
xkxkw* in medium producere possunt, cujusmodi sunt crudi,  
crassi, ac viscidi humores.

## XVIII.

In continentium censem veniunt, intestinorum excre-  
menta obdurata: tuberculum quoddam: inflammatio, & ex  
hac ortus abscessus item *εὐπροσήλη*: etiam flatus, hisce enim in-  
testina convolvuntur, & in gyris eorundem includuntur.  
Quæ omnia ut plurimum excitantur, pro diverso respectu  
ab intemperiebus variis, tum calidâ, tum frigidâ, &c. Mul-  
töties etiam colico dolori flatulento succedit, unde intestina  
convolvuntur, continentemq; præbent huic malo causam.

## XIX.

Huc quoque pertinet, à quacunque causa profecta, inte-  
stinorum contorsio, circumvolutio, atque adeò strangulatio:  
ita ut temporis successu quasi coalescant. Hinc eorum motus

peristalticus invertitur : natura enim, maximum sentiens  
onus, expellere illud conatur, quoniam autem, propter viam  
præclusam, impeditur, cogitur aliam querere, nempe per  
superiora.

XX.

A crassis, crudis, lentis ac viscidis humoribus, adeoque  
frigidis, ac pituitosis originem traxisse, similis cacochymiae  
in corpore signa manifestabunt: vita quoq; anteacta ostendet:  
vomitus item pituitosus, nec tam frequens, nec dolor  
tam acutus, febrisque absentia.

XXI.

Sin verò calidi sint, bilisque vulgo vitellina vocata in in-  
testinis stagnet, patefaciunt notæ, quæ hanc in corpore abun-  
dantem demonstrant: symptomata existunt graviora, do-  
lor magis lancinans, vomitus frequentiores biliosi: febris  
ut plurimum comitatur.

XXII.

Si ab inflammatione primordia accepit, tumore se pro-  
dit, qui tactu exacerbatur, & calor circa umbilicum depre-  
henditur, febris continua acuta infestat, dolor est stabilis,  
pungitivus, vehementissimus, à vomitu non sit mitior, sed  
multò magis intenditur, ob intestinorum commotionem.

XXIII.

Si à fæcibus induratis ortum habet, tunc insolita & diu-  
turna præcessit alvi adstrictio, neque tantus adeò est dolor,  
durities quædam percipitur, quæ contrectata, nullum su-  
bit incrementum: flatus sursum tendentes, subindè ac fre-  
quenter excernuntur: singultus sæpius infestat: adest quoq;  
vomitus biliosus aut pituitosus, mørbo crescente, alvinis ex-  
crementis mistus, sæpè cum febre.

XXIV.

Επερχόμενη, si complicationis intestinorum causa est, omni-  
um oculis facile subjicitur, pro inde non opus, ut multis de-  
monstretur signis.

XXV.

Si à flatibus provenit, multi audiuntur βορσοργυματι cum  
tensione: dolor persentitur distendens, hincinde vagus, non-  
nunquam intermittens, attamen per intervalla revertens,  
qui flatu susque deque emissio mitescit.

XXVI. Ad

XXVI

Ad Prognosin ante omnia occurrit, quā anni tempestate, & quā ætate illi magis contingent. Illud docet Hippocr. 3. Aphor. XXII. τῆς φθινοπώρου ἐπειδή. Aretæus οὐδέων l.2.c.VI. scribit: Æstatem magis quām Ver hoc malo refertam: Autumnum quām Hyemem: Pueros quoque huic affectui obnoxios esse, utpote quos sæpè cruditas infestet, verūm citius sanescere: Senes verò rariùs affici, sed multò perniciosiùs.

XXVII.

Si ab Inflammatione, præsertim ad suppurationem tendente, à Ramice, ab Intestinorum contorsione & complicatione, in ætate senili, ac jam altas egit radices, malum.

XX VIII.

Hippocr. 7. Aphor. X. monet: Εἰτὶ ἐλεύθερος, οὐ λύξ, οὐ ασαρμός, οὐ ωρίχφεσσόν, κακόν. In Coacis l.2. c.XXI.coac.IV. Εἰλεώδεσιν ἔμετρον καὶ κάρφωσις, κακόν.

XXIX.

Quibus intestinorum contenta per os exeunt, sudor frigidus oboritur, urinæque retentio negotium facevit, ac frequentes animi defectiones & syncopes superveniunt, iis mors in propinquuo est.

XXX.

Curam morbus gravissimus, periculi plenus, procrastinationem & moram diuturnam non permittens, promptam requirit.

XXXI.

Obstructio itaq; intestinorum, à quā symptomata omnia pendent, indicat sui contrarium, adeoque solutionem & expeditiōnem.

XXXII.

Requiritur proin, ut causa, affectum præsentem fovens, dematur; hâc enim extirpatâ, morbus propulsabitur: temere namque ac præpostorè actum esset, morbi curationem, relictis causis, aggredi velle. Verūm enim verò, causa cùm varia existat, pro hujus ratione & curatio instituenda.

XXXIII.

Craffi igitur, viscidí, pituitosi humores (qualis vitrea est pituita) in intestinis hærentes, eaq; refrigerantes, attenuandi, incidendi, abstergendi, & expellendi: partes refrigeratæ calefaciendæ. Fæces induratæ emolliendæ: Flatus discutiendi,

endi. Biliosæ, acres humiditates contemperandæ, ejiciendæ; non quidem vehementer refrigerantibus, sed modicè id agentibus. Inflammatio sedanda, & impedienda. Intestina in scrotum prolapsa, eorum contentis remollitis, reponenda. Dolor leniendus. Vires conservandæ.

XXXIV.

Diæta sit contraria morbo & causæ morbificæ. Nam originem habenti, à frigidis, crassis, viscidis, pituitosis humoribus, atque flatibus, Aër sit purus, temperatus, ad caliditatem moderatè tendens. Cibi sint boni succi, facilisq; concoctionis ac distributionis: ut juscula gallinarum, caponum & similiūm. A crassis, crudis, flatulentis, abstinentium. Potus convenientissimus est vinum generosum: si verò aliquid hujus usum improbet, in ejus succedat locum, decoctum aromatibus convenienter conditum. Parcè autem edendum ac bibendum; ne, distentis intestinis, major excitetur dolor. Largior tamen concedi potest potus, utpote qui facilius distribuitur. Exercitium, si per vires commodè fieri possit, paustum antecedat, hoc excipit Quies, Somnus & Vigiliae sint moderatæ. Excernenda, omnibus viribus adhibitis, ut exeat, adnitendum. Ab animi Pathematibus cavendum.

XXXV.

Si à biliosis, acribus, ac calidis humoribus, ut & ab inflammatione proveniat, diæta priori planè sit contraria, tendens ad frigiditatem & humiditatem. Aër vitetur impensè calidus, sitque temperatus. Juscula convenienter alterata herbis refrigerantibus. Vinum fugiendum, pro quo in usum veniat decoctum decens. Quies magis convenit quam Motus. Somnus quam Vigiliae: moderatione tamen in omnibus servanda, De Excretis & Retentis idem sentiendum cum præcedentibus, mutatis interim mutandis. Ab Ira omnino abstineat.

XXXVI.

Fæcibus induratis convenient cibi emollientes, liquidi & molles, parumq; pingues: obsunt alimenta crassa, dura, adstringentia.

XXXVII.

Chirurgia Venæ Sectionem in Inflammatione suggerit, si corpus plethoricum ac vires ferent, his autem nimium fractis, cucurbitulæ cum scarificatione suadentur. Instituendæ frictiones, ac ligaturæ in extremis partibus dolorificæ. Intestina prolapsa cautè reponenda. Ex Pharmacia præcipua sunt, ad obstructionem solvendam, causamque simul educendam, Clysmata varia, Purgantia item benigna, Fomenta, Cataplasimata, Linimenta, Unguenta, & alia, quæ omnia, pro re nata, methodicè præscribenda. Dolor nimius & Vigilie, si Narcotica postulent, decenti cum cautela usurpanda. Et hæc brevissimè, pro instituti nostri ratione, tradita sufficiant. Faxit D<sup>e</sup>vs Opt.

M A X, ut omnia cedant ad divini nominis  
suigloriam!

F I N I S.